

150

G E S T A

sicut supra diximus, nos reges & dulcissimi filii, vel qui postmodum nobis successerint, admonemus, quatinus facta nostra nullo non præsumatis conuellere, si ea, quæ post nostrum discessum statueritis, inconuulsa manere vultis, quia illud nolo dubitetis, quod successores & vos habituri eritis, & si nostra non conseruaueritis, nec vestra statuta stabilia esse credatis. Cumque hoc rex omnibus intente audientibus prudentissime perorasset, cuncti longauam ei vitam pacemque regni gratanter optantes, prædictum testamentum tam ipse rex, quam omnes regni primates alacriter firmauerunt. In quo etiam non immemor peculiaris patroni sui, Domini Dionysii, (g) quamuis eidem iam plurima prædia contulerit, villam nomine Brauna-
dum

Moris autem erat, ut præcepta regia non solum a regibus ipsis, sed etiam ab episcopis, abbatibus aliisque proceribus, qui presentes erant, subscriberentur, uti vel multa exempla apud Mabillonum testantur.

(g) Domini Dionysii] *Multa quoque aliis ecclesiis donauit Dagobertus. Wormatiensi quidem, Argentoratensi & Spirensi, quod per varia documenta probat Henschenius de tribus Dagobertis sect. V.*